



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.12. Regis Philippi reditus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.
A. C. 1271.

terique illius temporis Doctores multas quæstiones agitaverint, quæ hodie non viderentur dignæ, ut afferrentur in medium.

§. XII.

Regis Philippi reditus.

Duch. p. 524. **R**ex Franciæ Philippus in suo per Italiam itinere Romam delatus ad Apostolorum sepulchra pietatem explevit suam. Inde Viterbium venit, ubi Romana curia seu Cardinales vacante Sede sacra residebant. Cumque de cooptando capite non consentirent, urbis Prætor, ut eos ad electionem compelleret, curiam palatio tenebat inclusos. Rex magna illos veneratione invisit, ac per osculum pacis salutavit singulos. Comes habebat Regem Siciliæ suum patrum, multosque Proceres. Omnes Cardinalibus instabant, ut Ecclesiæ celeriter pastorem darent; sic ad duos Galliæ Rectores 14 Martii an. 1271 Rex Philippus scripsit. Qui continuato per Hetruriam, Lombardiamque, ac Sabaudiam itinere Parisios prospere advenit.

Spicil. 2.
p. 571.

Tunc, cum Viterbii esset, etiam Henricus Angliæ Regis nepos, Richardique electi Romanorum Regis filius ibi agebat. Eodem tempore aderat Guido Montefortius filius Simonis Lecestriæ Comitis in civili

civili bello, suafore, ut ajebant, Henrico ^{Sæcul. XIII.}
 necati. Hunc in templo S. Laurentii di- ^{A. C. 1271.}
 vino præsentem sacrificio Guido vindi-
 ctam spirans ex improvise pugionis icti-
 bus peremit nec loci vel fontibus præ-
 bentis perfugium, nec temporis sacri (ver-
 num jejunium tunc colebatur) nec cru-
 cis, quam alter peregrinantium more ge-
 rebat; rationem ducens. Dein ad He-
 truriæ Comitem socerum confugit suum.
 At illa res consecutiones habuit.

§. XIII.

S. Ludovici exequiæ.

Rex Philippus Parisios delatus, quas se-
 cum attulerat, sandapilas Regii pa-
 rentis sui, Comitis Niverini sui fratris, ac
 Reginae Isabellæ conjugis suæ Consen-
 tiæ in Calabria mortuæ ossa continentes
 in templum Dominæ Nostræ portari jus-
 sit. Per noctem totam chori plures offi-
 cium pro illis grandia plurimaque inter
 luminaria alternis decantabant. Poste-
 ro die Veneris ante Pentecosten 22 Maji
 sandapilæ Dionysiopolim deferebantur.
 Omnes Religiosi Parisienses instructo or-
 dine præibant: sequebatur Rex cum ma-
 gno Procerum Præsulumque numero, &
 ingente populi multitudine: nemo non
 incedebat pedes: atque Rex sui patris
 N n 4 ossa

p. 465.